

## Oral Exam 2

### Persōnae: Pāstor Iūliī, Rūfus

[Pāstor Iūliī ovēs, qui errant in campō, numerat]

**Pāstor:** “Ūna, duae, trēs, quattuor, quīnque...”

[Rūfus īrātus accurrit et baculum ante sē tenet]

**Rūfus:** “Ō improbe pāstor! Ovēs tuae in hortō meō sunt!”

**Pāstor:** “Quid agunt ovēs meae in hortō tuo?”

**Rūfus:** “Rosās meās edunt.”

**Pāstor:** “Ovēs nōn rosās, sed herbam edunt. Quot ovēs sunt in hortō tuō?”

**Rūfus:** “Quattuor.”

**Pāstor:** “Nōn meae sunt illae ovēs.

**Rūfus:** “Quot ovēs sunt in grege<sup>1</sup> tuō?”

**Pāstor:** “Numerus eārum est centum. Age, numerā eās!”

[Rūfus ovēs aspicit et eās numerat.]

**Rūfus:** “Ūna, duae, trēs, quattuor, quīnque, sex... Hīc centum ovēs nōn adsunt.”

**Pāstor:** “Sunt centum. Nūlla ovis abest!”

[Ecce autem quattuor ovēs albae accurrunt! Post eās venit parvus canis īrātus, quī post eās lātrat. Ovis bālat: “Bābā!” Canis lātrat: “Baubau!” ]

**Rūfus:** “Ecce Persa, canis meus, quī cum ovibus tuīs venit.”

**Pāstor:** “Vocā canem tuum! Ovem meam mordet<sup>2</sup>!”

**Rūfus:** “Persa, venī! Bonus canis est Persa. Hīc parvus canis meus ovēs nōn ēst.”

**Pāstor:** “Neque ovēs meae rosās edunt!”

---

1 grex, gregis, m. = flock, herd, band

2 mordēre = bite